Ministris ecclesię Dei gr̃am & pac̃
per chrm̃ Jesum

Imitatus paulum. rogo vos per Iesum fr̃es & pr̃es
ut in simili. sed nõ pari certamine Deum mihi cõciliatis
vestris precibus. quo possim magna cum libertate
resistere meis adversarijs. Coniectus sum enim in
carcerem apud Lugdunum paucis abhinc diebus pro
chri nomine. Scitis aũt non esse levem pugnam.
ideoq3 præsidia subsidiaq3 maiora paranda. Unde aũt
promptius & tutius paremur q3 a Dño exercitum. non
invenio. Illum ergo meum precemini. ut det mihi oris
apertio. spm̃ sapiẽtię & fortitudinis & patiẽtię ad finẽ
usq3 perdurans. ut per me homuncionem & peccatorem
maximum saltem in extremo vitę cursu magnificetur
chrus in promulgando eius nomine. Id quod si Dei
benignitate per adminiculum orationum vestrarum
impetratum mihi senseroque. bone Iesu. q̃tæ a me gr̃ę
debebuntur illi opt maximo. q̃stusue illinc proventus
nobis redibit in terra viventium. Me ergo ubiq3 in sancto
vestro cœtu cõmendatum habete. memores mei licet nunq3
nobis cõspecti. facite quæso ut hæc Ep̃la per maiores
ecclesiarum eat. ut populus inde certior factus ubivis
locorum meam vicem doleat. & pro me oret. ne
putate hoc commentitium. Ecce coram Deo vobis assero.
Hoc vobis frater Calvinus testabitur. cui etsi in hanc
rem scripsimus. Ad extremũ vos obsecro o presbyteri
ecclesię. ut vos gnavos in pusillo grege pascendo
præstetis. quia patri placuit nobis tantillis regnũ
dare. Oro vos praeterea ut a vobis accipiam aliquid
litterarum. quibus animer. & unde solatium capiam.
Ut ergo semel finiam. habete me oẽs in vestra memoria
& nominatim vinctum chri Lugdunensem de suggestu
populo cõmendate. eumq3 salutate meo nomine osculo

ſancto. id quidem ſemel. sed in veſtris precibus
quotidie fiat mentio mei peculiaris ad breve
tempus ut ſpero in dni voluntate. Lugduno
e carcere per frem vrm in chro Ieſu Claudium
Monerium

Tradat per manus quam primum si lubet.
Quia veſtri omnium maxime indigeo

Calvinus Vergerio

Huius Eple exemplar curavi tibi deſcriptum
Tu ſi occurret fidelis nuntius Bernum primo
quoque die tranſmittes. mandabiſque ut Tigurum
uſque perferat